FLORA.

56. Jahrgang.

№ 5. Regensburg, 11. Februar 1873.

Inhalt. W. Nylander: Observata lichenologica in Pyrenaeis orientalibus. — Dr. Heinrich Wawra: Beiträge zur Flora der Hawai'schen Inseln. Fortsetzung. — Druckfehler.

Beilage. Repertorium für 1872, Halbbogen 3.

Observata lichenologica in Pyrenaeis orientalibus.

Exponit W. Nylander.

III. La Massane.

Hic in jugo Pyrenaeorum sumus praecipuo descendente ad oramque maritimam appropinquante. Clivum circumspicimus vastum La Massane, e praedio Valbonne, altitudine 500 metrorum supra aequor maris sito, assurgentem ad culmen 700 metra attingens, ubi imperat turris vetustissima Tour de la Massane dicta, e longinquo visibilis, et sinistrorsum ad jugum summum Col del Pall[1]) in ipso fine Hispanorum, altitudine 900 metrorum, unde latissime patent orae Galliae Hispaniaeque coelo mitissimo arridentes et immensitates Maris mediterranei vicini. Spatium ita determinatum diebus 8 et 9 mensis Julii lichenologice scrutari contigit. In parte inferiore vel prope ipsum praedium Valbonne et superius adhuc circiter 100 metris vineae occurrunt. Fagorum adest zona altitudine 600—700 metrorum, sed arboribus jam valde rarescentibus. Saxa ubique e schisto micaceo constantia (vel simul in regione editiore parcius quartzosa) frequenter moles denudatas luculenter lichenosas ostendunt illecebrisque praedae locupletis scrutatorem avidum alliciunt. Prodit jam species maritima *Physcia aquila*, optime ovoluta, atque revera Tour de la Massane

1) Etiam nomen dictum audivi: Col del Palo.

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr03638-0067-7

et Col del Pall solum 10—15 kilometris absunt a mare. Species ceteroquin peculiares, sicut *Pertusaria melanochlora* et *monogona* copiose saxa induunt; multae simul aliae optimae haud rarae observantur. Lichenaeam igitur satis insignem hic habemus, tamquam ex enumeratione sequente elucebit, fragmentum tamen modo hodie efficientem vegetationis ejusdem, quae in montibus viguit olim silvosis.

Collema nigrescens Ach. et *flaccidum* Ach. — Quercicolae, altit. circiter 600 metr.

C. conglomeratum (Hffm.). — Cum duobus prioribus sat parce.

Calicium curtum Borr. (minus). — Ad truncos putridos prope Fount del Fajousse (fontem fageti).

Baeomyces rufus DC. — Basi saxorum parcè adnatus, altitudine circiter 600 metr.

Cladonia pyxidata (L.). — Sat frequens.

Cl. fimbriata Hffm. et var. *cornuta* (Ach.). — Parcius.

Cl. alcicornis Flk. — Passim, usque ad Coll del Pall.

Cl. sobolifera (Del.). — Parce.

Cl. pungens (Ach.). — Passim.

Cl. macilenta Hffm. var. *styracella* (Ach.). Podetia vix crass. 0,5 millim. superantia, K + (flaventia). — In truncis putridis cavis quercus, altit. fere 600 metr.

Ramalina fraxinea f. *striatella* Nyl., *R. fastigiata* (Pers.), *R. calicaris* (Hoffm.), *R. farinacea* (L.). — Ad cortices arborum passim, altit. 600 metr.

R. intermedia (Del.). — Fruticulicola in Col del Pall.

R. polymorpha (ligulata) Ach., *R. breviuscula* Nyl. et *R. subfarinacea* Nyl. — In Col del Pall, super saxa ventosa. Omnes fertiles. *R. breviuscula* etiam prope Tour de la Massane.

Evernia prunastri (L.). — Col del Pall, ad ramulos fruticulorum Pruni et Ribis, ex iisque in saxa transiens, et ita simul saxicola, in latere boreali saxorum. [1])

Cetraria aculeata (Ehrh.). — In clivis superioribus parce.

Parmelia saxatilis (L.). — In Col del Pall, supra saxa.

P. sulcata Tayl. — Mixtim cum priore.

P. conspersa Ach. — Usque in Col del Pall.

---

1) Causa quae est cur fieri nequit, ut Lichenes colantur, aut in hortis quodam translati aut quidemlocis mutatis e sporis educti, ab impatientia maxima pendet situs aërisque diversis speciebus inhaerente, unde consequitur, ut mox haec vegetabilia pereant, ubi situs natalis aërisque accessus necessarius turbantur.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03638-0068-2

P. caperata Ach. — Ad truncos arborum parum supra Valbonne et fertilis quercicola usque altit. 650 metr.

P. perlata Ach. — Passim, ad cortices arborum.

P. perforata Ach. Sterilis et sorediosa. [1]) — Adhuc mox infra Valbonne, saxicola; non superius.

P. scortea Ach. — Saxicola, altit. 600 metr., fertilis.

P. carporhizans Tayl. — Ad corticem fagorum, haud rara.

P. Borreri * *ulophylla* Ach. — Saxicola, altit. 600 metr.

P. fuliginosa (Fr.). — Ad corticem fagorum et ad saxa, altit. 600—700 metr.

P. exasperata (Ach.). — Ad corticem aceris, altit. 600 metr.

P. prolixa (Ach.). — Ad saxa quartzosa in sumo Col del Pall.

* *P. Delisei* (Dub.). — Saxicola. Var. *subfuliginosa* Nyl. thallo isidio fusco-nigricante furfuraceo-verrucoso effuso obtecto; in La Massane, schisticola.

Sticta pulmonacea Ach. — Ad corticem quercus rarius, altit. 600—650 metr.

Stictina fuliginosa (Ach.). — In muscosis rupium, altit. 600—700 metr.

St. limbata (Del.). — Cum priore, sat rara.

St. scrobiculata (Scop.). — Ibidem, parce.

Ricasolia glomulifera (Lghtf.). — Fertilis quercicola in La Massane, altit. circiter 650 metr.; cephalodiophora (glomulifera, sterilis, solum spermogonifera) ad saxa muscosa, altit. 600 metr

Peltidea aphthosa (L.) Ach. et *P. venosa* (L.) Ach. — Inter muscos versus Fount del Fajouse. [2])

Peltigera horizontalis (L.) Hoffm. et *P. polydactyla* (Neck.) Hoffm. — In lucis passim, et simul *P. canina* (L.) Hoffm.

Nephromium lusitanicum (Schär.). — Sat frequens in muscosis saxorum, altit. 500—650 metr.; fertile quercicola.

Physcia ciliaris (L.) DC. — Fagicola, versus Fount del Fajousse.

Ph. pulverulenta (Schreb.). — Ad corticem arborum passim. Var. *subvenusta* Nyl. thallo pruinoso et apotheciis receptaculo basi coronato, quercicola in Coullet del Bardarol.

Ph. caesia (Hffm.). — La Massane, super saxa prope terram.

Ph. tenella (Scop.). — In La Massane et usque in Col del Pall, ad cortices fruticum. Etiam acericola.

1) Etiam haec subsumpta fuit ab Acharío sub sua *P. perlata* var. *olivetorum*.

2) Peltigereorum tribus variis respectibus tribui Stieteorum analoga (sed longe inferior), locum necessitate impositum hic habeat.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03638-0069-1

Ph. ulothrix (Ach.). — Quercicola in La Massane, passim.

Ph. aquila (Ach.). — Ad saxa muscosa, altit. 600—650 metr., haud rara.

Ph. parietina (L.). — Ad cortices et saxa (saxicola praesertim frequens prope Tour de la Massane).

Ph. chrysophthalma (L.). — Rarius, in La Massane, ad corticem arborum.

Umbilicaria pustulata Hffm. — In Col del Pall.

Pannaria plumbea (Lghtf.). — Fagicola circa Fount del Fajousse frequens.

P. nebulosa (Hffm.). — Supra terram versus Fount del Fajousse.

P. rubiginosa (Thunb.). — Ad saxa muscosa, altit. 650 metr., sterilis.

P. microphylla (Sw.). — Ad saxa, altit. 600 metr.

Lecanora saxicola (Poll., ad f. *Garovaglii* Krb. tendens). — Ad saxa prope praedium Valbonne.

L. diffracta Ach. — Col del Pall.

L. murorum (Hffm.). — La Massane, parce ad saxa.

L. teicholyta (DC.) et *L. citrina* (Hffm.). — Valbonne saxicolae.

L. ferruginea (Huds.). — Ad corticem fagi prope Fount del Fajousse et versus Col del Pall (altit 750 metr.) ad corticem juniperi.

L. cerina (Ehrh.) et var. *haematites* (Chaub.). — Ad cortices acerum et Cerasorum supra Valbonne.

L. cerinella Nyl. — Ad corticem aceris.

L. pyracea f. *pyrithroma* (Ach.). — Saxicola, usque in Col del Pall.

L. aurantiaca var. *suberythrella* Nyl., thallo aurantiaco-flavo tenui ruguloso areolato-rimoso. — Ad corticem acerum in La Massane et fagorum prope Fount del Fajousse.

L. vitellina Ach. — Passim, et f. *corruscans* Ach. in Col del Pall.

L. sciodes Nyl. Thallus umbrino-fuscescens vel cinereo-fuscus areolato-rimosus, sat tenuis (crassit. circiter 0,25 millim.); apothecia nigra mediocria (latit. 0,6—1,2 millim.), planiuscula, marginata (margine obsolete pallescente), intus pallida; sporae 8nae fuscae ellipsoideae 1-septatae, longit. 0,015—23 millim., crassit. 0,007—9 millim., paraphyses mediocres clava fuscescente, hypothecium tenuiter fuscescens. Jodo gelatina hymenialis coerulescens. — Ad saxa quartzosa, altit. 650—900 metr.

Affinis *L. conioptae* Nyl., quae thallo obscure cinereo, hypothecio incolore, etc. differt. Arthrosterigmatibus mox sese sistit

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr03638-0070-2

stirpis *Lecanorae confragosae*, facie apotheciorum lecideina. Vultum habet *Lecideae rivulosae*. Spermatia breviter bacillaria, longit. 0,0045 millim., crassit. non 0,001 millim. adtingentia.

L. sophodes Ach. — Ad corticem Cerasi et Quercus, supra Valbonne.

L. parella Ach. Epithecium K (Ca Cl) + (rubescens). — Ad corticem lignumque juniperi versus Col del Pall.

L. glaucoma Ach. — Frequens in Col del Pall, ad saxa.

L. subradiosa Nyl. et *L. sulphurata* Ach., (*Zeora sordida* var. *flavescens* Metzl., Bagl.). — Ibidem, frequentissime.

L. sulphurea Ach. — Ad saxa quartzosa, ibidem.

L. polytropa (Ehrh.). — In Col del Pall.

L. dispersa (Pers.). — Passim, usque in Col del Pall et Tour de la Massane.

L. subfusca (argentata) Ach. — Fagicola cum *L. angulosa* Ach. et cum sequente, frequens.

L. rugosa (Pers.) *f. indeterminata*, thallo indeterminato; accedens ad *L. chlaronam*. — Cum priore, ad corticem fagi.

L. chlarona var. *geographica* (Mass.). — Ad corticem *Quercus ilicis*, altit. circiter 600 metr.

L. gangaleoides Nyl. — Ad saxa prope Tour de la Massane.

L. subcarnea Ach. saxicola, altit 600 metr.

L. erysibe Ach. — Prope Valbonne, ad lapides.

L. psarophana Nyl. — Prope Tour de la Massane et Col del Pall, ad saxa.

L. atra Ach. — Saxicola, altit. usque 700 metr., passim. Forma thallo crassitiei 2—3 millim., in Col del Pall.

L. intermutans Nyl. [1]) — Saxicola ad Tour de la Massane.

L. subdepressa Nyl. Forsan varietas *L. gibbosae* (Ach.). Sporae longit. 0,018—24 millim., crassit. 0,010—14 millim. Spermatia recta, longit. 0,009—0,012 millim., crassit. 0,0005 millim. parum excedentia. — Super saxa micaceo-schistosa, passim.

L. fuscata (Schrad.). Thallus K (Ca Cl) ±. — Col del Pall.

L. admissa Nyl. — Prope Tour de la Massane, socia *Lecanorae intermutantis* et *L. sulphuratae*.

L. privigna (Ach.). — Ad saxa granitosa prope Tour de la Massane, passim frequens.

---

1) *Lecanora lusca* Nyl. Similis *L. cinereae* vel potius *L. subdepressae* thallo tenuiore, sed spermatia longiora (longit. 0,0016—21 millim., crassit. vix 0,001 millim.). Sporae longit. 0,016—21 millim., crassit. 0,010—16 millim. Ad saxa arenacea in Vogesis (ex hb. Ripart).

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03638-0071-8

L. haematomma var. *porphyria* Ach. — Ad saxa subumbrosa altit. circiter 650 metr.

Urceolaria actinostoma (Pers.). — In La Massane ad saxa micaceo-schistosa, altit. 600 metr. Var *caesio-plumbea* Nyl., thallo caesio-plumbeo subnitidiusculo; ad saxa quartzosa versus Col del Pall, altit. 800 metr.

Phlyctis agelaea Wallr. — Ad cortices ilicis et fagi, altit. 550—750 metr.

Pertusaria communis DC. et *P. multipuncta* var. *globulifera* (Turn.) et *P. amara* (Ach.). — Ad cortices fagi et juniperi versus Col del Pall, altit. 700—750 metr.

P. velata (Turn.). — Fagicola, prope Fount del Fajousse.

P. Westringii (Ach.). Fertilis. Thallus albidus areolatus rimosus, K + (e flavo ferrugineo-rubens); apothecia innata in verucis thallinis laeviusculis subrugulosis difformibus convexis rimosis, varie confluentibus, extus punctis nigris determinatis indicata; sporae 2nae longit. 0,120—0,200 millim., crassit. 0,050—70 millim. — Ad saxa quartzosa, altit. 650—800 metr.

P. spilomantha Nyl. Thallus albido-cinereus rugosus rimoso-diffractus mediocris, K + (e flavente ferrugineo-rubens), determinatus (crassit. 1 millim. vel tenuior); apothecia nigra rugoso-difformia (latit. circiter 1 millim.), innata in areolis thallinis non prominulis; thecae monosporae, sporae nigrescentes ellipsoideae longit. 0,150—0,215 millim., crassit. 0,065—90 millim. (K violaceo-tinctae). Jodo thecae coerulescentes, dein obscuratae. — Supra saxa, in Col del Pall.

Species notabilis, licet externa facie parum insignis, sporis suis nigrescentibus et K violascentibus mox dignota. Epithecium nigrescens, K —. [1])

P. melanochlora (DC. sub Isidio, *Is. stalactiticum* Ach.). Abundanter fertilis. Thecae monosporae, sporae longit. 0,180—0,250 millim., crassit. 0,075—0,100 millim. Jodo thecae coerulescentes, dein vinose obscuratae. Thallus intus K (Ca Cl) + (violacee tinctus, violascentia subrosea fugaci). — Frequentissime ad saxa quartzosa, altit. 600—700 metr. Rarius sterilisque ad corticem

1) Sporae nigrescentes (sed octonae) solum in unica specie Chilensi, *P. melanospora*, ante cognitae erant. In ea specie et sporae et epithecium hydrate kalico bene violascunt. Notetur obiter, inventorem systematum „classicorum" audacia solita dicere de eadem: „sporas habet hyalinas" (Lich. Scand. p. 304). Sistit „certum judicium denegans," inter alia ejusdem scriptoris innumera, quae non diu splenduerunt.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03638-0072-3

fagi. Spermatia bacillaria, longit. circiter 0,004—5 millim., crassit. haud 0,001 millim.

P. monogona Nyl. Similis fere *P. dealbatae* (Ach.), sed mox differens thecis constanter monosporis (sporis longit. 0,150—235 millim., crassit. 0,070—80 millim.). Thallus rugosus areolato-rimosus, K + (flavens, dein croceo-aurantiacus, etiam intus, vel etiam praesertim intensive, quoad pulverem apothecia tegentem). — Frequentissime ad saxa quartzosa, altit. 600—700 metr.

Spermatia breviter bacillaria, longit. circiter 0,004 millim., crassit. non 0,001 millim. adtingentia.

P. monogoniza Nyl. Comparanda cum priore, sed thallo tenui laeviusculo rimoso (reactione ut in eadem). Sporae longit. 0,150—0,190 millim., crassit. 0,060—80 millim. — In La Massane ad corticem Ilicis, altit. 650 metr.

Spermogonia saepius in speciminibus aliis quam apothecia, verrucis prominulis demum oblongis; spermatia tenella, longit. circiter 0,0035 millim., crassit. 0,0005 millim.

P. Wulfenii DC. [1]) — Fagicola prope Fount del Fajousse. Var. *glabrescens* Nyl., thallo flavido-cinerascente vel cinereo-virescente, tenui, sublaevi vel ruguloso, apotheciis epithecio nigricante subrimoso; ad corticem Ilicis, supra Valbonne. Var. *rugosa* (Ach.), ad corticem quercus, altit. 600—650 metr. Var. *rupicola* (Schaer.) insignis, largiter saxa vestiens.

Spermatia recta, longit. 0,013—23 millim., crassit. 0,0005 millim.

P. leioplaca Schaer. — Ad Ilicis et Cerasi cortices supra Valbonne. Etiam quercicola immixta cum *Lecanora chlarona* var. *geographica*.

Lecidea cupularis * *carneo-rubella* Nyl. (Gyalecta). Forsan varietas *Lecideae cupularis* Ach., sed color apotheciorum carneo-rubellus vel carneo-testaceus. Sporae longit. 0,014—21 millim., crassit. 0,008—9 millim. — In La Massane, ad saxa subumbrosa, altit. circiter 600 metr.

L. coarctata (Ach.). — Ad saxa supra Valbonne (altit. usque 600 metr.), rarius.

L. cyrtella Ach. — Ad corticem Cerasi supra Valbonne *L. Naegelii* (Hepp). — Mixtim cum eadem.

L. pelidna (Ach.) — In Col del Pall, ad saxa micaceo-schistosa.

---

1) „*Pertusaria chlorantha*" Ohl. Zusammenst. p 45 pertinet ad *P. Wulfenii*, nec est Lichen qui datur in Zw. Exs. No. 295.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03638-0073-9

L. parasema (Ach.) et var. *elaeochroma* Ach. — Supra cortices usque in Col del Pall.

* *L. latypea* Ach. — Ad saxa micacea et quartzosa ibidem.

** *L. subincongrua* Nyl. — Subsimilis *L. latypeae*, sed thallo crassiore magis confluente, verrucoso-diffracto (crassit. 2 millim. vel tenuiore). — Prope Tour de la Massane, socia *Lecideae geographicae*.

Spermatia arcuata, longit. 0,015 millim. crassit. 0,0005 millim.

** *L. exigua* Chaub. — Ad corticem Cerasi supra Valbonne.

L. enteroleuca Ach. — In La Massane super saxa, haud rara.

L. contigua (Fr.) et * *platycarpa* Ach. — Ad saxa micaceo-schistosa et quartzosa, altit. 500—800 metr.

** *L. meiospora* Nyl. sporis longit. 0,012—16 millim., crassit. 0,006—7 millim., et *** *L. crustulata* Ach. — Ad saxa, altit. 600 metr.

L. sorediza Nyl. Thallus cinerascens laevis areolato-rimulosus, sorediis tenuibus planis rotundatis conferte inspersus, ambitu nigricanti-limitatus (etiam hypothallus nigricans alibi passim visibilis); apothecia nigra plana marginata (latit. 1 millim. vel minora), epithecio caesio-pruinoso; sporae fusiformi-ellipsoideae, longit. 0,016—22 millim., crassit. 0,007—9 millim., epithecium fuscescens, paraphyses mediocres vel crassiusculae, hypothecium fusconigrum. Jodo gelatina hymenialis coerulescens (etiam thecae ita tinctae). — Super saxa micaceo-schistosa in La Massane, altit. 600 metr.

Facile sumpta est pro *L. contigua*, quacum convenit, sed thallus sorediellus, paraphyses crassiores, reactio jodo, etc., differentiam satis indicant. Spermogonia non visa.

L. fumosa Ach. — In Col del Pall, altit. 900 metr., super saxa.

L. insularis Nyl. — Ibidem, in *Lecanora glaucoma* insulatim insidens.

L. chalybeia Borr. — Ad saxa, altit. circiter 600 metr.

L. disciformis (Fr.). — Ad cortices.

L. superans Nyl. (*L. saxorum* Leight.). Thallus Ca Cl +, K + (flavens), J + (cf. Arn. Fragm. XV, p. 2.) Spermatia acicularia utroque apice subattenuata, longit. 0,007—8 millim., crassit. non 0,001 millim. adtingentia[1]). — Ad saxa schistosa in La Massane, frequens.

1) *Lecidea leptocline* Flot. forsitan specie non differt, nam spermatia conveniunt, tamen reactio nonnihil differens (nec Ca Cl ulla visibilis). Cfr. Arn. l. c.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03638-0074-5

L. epispila Nyl. Thallus fuscus nitidiusculus inaequalis vel subverrucoso-inaequalis, areolato-diffractus, hypothallo nigro subdendritico-radiante saepius circumdatus; apothecia nigra adnata plana, tenuiter marginata vel demum convexiuscula immarginata (latit. 0,4—0,6 millim.), intus concoloria; sporae 8nae fusconigrescentes ellipsoideae 1—septatae, longit. 0,020—23 millim., crassit. 0,009—0,011 millim., paraphyses non distinctae, thalamium subfuscescens, epithecium et hypothecium fusca. Jodo gelatina hymenialis intense coerulescens. — Frequenter supra thallos varios crustaceos, praesertim vero *Pertusariae Wulfenii (rupicolae)*, altit. 600—700 metr., thallos eos maculis (latit. 2—6 millim.) difformibus varieque confluentibus inquinans.

E stirpe *L. atroalbae* species, notis datis facillime dignota. Medulla jodo coeruleo-obscurata.

L. alboatra var. *athroa* (Ach.). — Supra schistos prope Valbonne et var. *margaritacea* Smrf. prope Tour de la Massane.

L. lavata Ach. — Supra lapides juxta rivulum in La Massane.

L. geographica (L.). — Frequens ad saxa, praesertim in summo jugo.

L. Parmeliarum Smrf. — Supra *Parmeliam saxatilem* (sociam *Ramalinae subfarinaceae*), in summo Col del Pall.

Melaspilea furtiva Nyl. Thallus obscurus tenuissimus evanescens; apothecia nigra rotundata minuta (latit. circiter 0,2 millim.), intus albida; sporae 8nae incolores (vetustate nigrescentes) oviformes 1-septatae longit. 0,018—24 millim., crassit. 0,007—9 millim. ad septum obsolete constrictae, paraphyses discretae parcae, epithecium fuscescens, perithecium nigricans, hypothecium incolor. Jodo gelatina hymenialis vinose fulvescens. — Ad corticem Cerasi supra Valbonne, altit. 550 metr.

Vultu est *Lecideae* cujusdam parum notabilis, sed forsan optime *Melaspilea*. Comparetur *M. amota*, variis notis differens.

Opegrapha phegospila Nyl. Thallus macula cinereo-fuscescente indicatus, chrysogonidicus; apothecia nigra oblonga subflexuosa prominula, margine connivente, epithecio angusto vel hiascente, conferta; sporae 8nae incolores oviformi-oblongae 3-septatae, longit. 0,018—20 millim., crassit. 0,007—8 millim., paraphyses mediocres articulatae, epithecium fuscescens, hypothecium fuscum. Jodo gelatina hymenialis vinose rubens (praecedente coerulescentia). — Fagicola prope Fount del Fajousse frequens.

Prope *O. variam* accedit, sed macula thallina obscura, apotheciis confertis brevibus, sporis, etc., bene distincta. Ceteroquin

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03638-0075-1

spermatia omnino alia aciculari-bacillaria, longit. 0,007—9 millim., crassit. haud 0,001 millim. Proxima est *O. lutulenta.*

O. subrimalis Nyl. Subsimilis *O. rimali* Ach., sed sporae subfusiformes 7-septatae, longit. 0,032—38 millim., crassit. 0,007—9 millim. Spermatia bacillaria (recta), longit. 0,0045 millim., crassit. 0,0005 millim. — Cum priore.

O. varia f. *diaphora* (Ach.). Sporae oviformi-oblongae vel oviformi-fusiformes, 5-septatae, longit. 0,022—24 millim., crassit. 0,007—9 millim. — Ad quercus corticem, altit. 650—700 metr.

O. atra Pers. — Ad ramos aceris in La Massane.

O. vulgata Ach. [1]). — Ad corticem Ilicis supra Valbonne, altit. 550—600 millim.

Arthonia astroidea Ach. — Ad cortices varios in La Massane et usque in Col del Pall ad corticem fruticum.

A. varians (Dav.). [2]) — Frequens supra *Lecanorum faucomane* et *L. sulphuratam.*

A. punctiformis Ach. — Ad corticem *Aceris monspessulani* socia *Myriangii.*

Graphis scripta f. *recta* (Humb.). — Cerasicola prope Valbonne et ilicicola in La Massane.

Verrucaria nigrescens Pers. — Ad lapides quartzosos supra Valbonne non frequenter.

V. modesta Nyl. *(Thelenella).* — Cerasicola supra Valbonne.

V. chlorotica Ach. (*carpinea* Pers.). — Fagicola ad Fount del Fajousse.

V. Cerasi Ach. — Cerasicola supra Valbonne.

V. antecellens Nyl. in Flora 1866, p. 86. Sporae oblongo-oviformes 1-septatae, longit. 0,032—36 millim., crassit. 0,009—10 millim. — Ad corticem Ilicis, altit. 650 metr.

V. pluriseptata Nyl. Similis *V. epicarphineae* et forsan ejus varietas [3]) sporis tenuioribus (longit. 0,018—30 millim., crassit. 0,005—6 millim.). — Prope Valbonne supra thallum et apothecia *Lecanorae saxicolae.*

---

1) Sub hocce nomine in Almqu. Opegr. p.12 commiscentur 1) *O. vulgata* 2) *O. subsiderella* Nyl. et 3) *O. cinerea* Chev., omnes tres etiam scandinavicae.

2) *Arthonia clemens* (Tul.), supra omissa, obvenit in *Squamaria rubina* parasitans in Costabonne. Sporae clavato-oviformes (vel formae acinorum uvae) et uniseptatae, longit. 0,011—15 millim., crassit. 0,005—6 millim. Distinguenda ab ea videtur *A. subvarians* jam ob sporas simpliciter oviformi-oblongas h. e apice supero minus incrassato quam in *A. clemente.*

3) Forsitan ambae pertinent ad typum *Verrucariae epipolytropae* Mudd

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr03638-0076-6

Mycoporum ptelaeodes var. *majusculum* Nyl. (huc Anzi Langob. no. 470 b). Sporae 3—5-septatae, longit. 0,016—23 millim., crassit. 0,008—0,010 millim. — Ad corticem Castaneae in La Massane, altit 550 metr.

E Lichenibus supra enumeratis clivi montosi La Massane sequentes numeris distributi sunt: 23) *Ramalina polymorpha (ligulata)* Ach., 24) *R. subfarinacea* Nyl. [1]), 25) *R. fastigiata* (Pers.), 26) *Nephromium lusitanicum* (Schaer.), 27) *Physcia tenella* (Scop.), 28) *Ph. aquila* (Ach.), 29) *Lecanora saxicola* (Poll. ad *Garovaglii* Krb. tendens), 30) *L. aurantiaca* var. *suberythrella* Nyl., 31) *L. rugosa* f. *indeterminata* Nyl., 32) *L. subfusca* (argentata) Ach., 33) *L. chlarona* var. *geographica* (Mass.), 34) *L. subcarnea* Ach., 35) *L. subdepressa* Nyl., 36) *L. admissa* Nyl., 37) *L. privigna* (Ach.), 38) *L. haematomma* var. *porphyria* Ach., 39) *Urceolaria actinostoma* var. *caesioplumbea* Nyl. (eadem no. 14 datur e Forca-réal), 40) *Pertusaria monogona* Nyl., 41) *P. melanochlora* (DC.), 42) *Lecidea (Gyalecta) carneorubella* Nyl., 43) *Lecidea parasema* var. *elaeochroma* Ach., 44) *L. contigua* (Fr.), 45) *L platycarpa* Ach., 46) *L. epispila* Nyl., 47) *L. geographica* (L.), 48) *Opegrapha phegospila* Nyl., 49) *O. varia* f. *diaphora* Ach., 50) *Verrucaria Cerasi* Ach.

Supra e Costabonne omissa fuit:

Lecidea uberiuscula Nyl. Thallus albidus vel cinereus, tenuis anguloso-rimosus vel areolato-diffractus, hypothallo nigro circumdatus; apothecia nigra innata plana (latit. circiter 0,25 millim.), passim conferta et subangulosa, margine vix ullo; sporae 8nae fuscae ellipsoideae 1-septatae, longit. 0,012—16 millim., crassit. 0,007—9 millim., paraphyses mediocres, apice clava infuscato, hypothecium incolor. Jodo gelatina hymenialis coerulescens, dein vinose rubescens. — Supra saxa micaceo-schistosa, altit. 1800—2000 metr., socia *Squamariae melanophthalmae*, *Ramalinae capitatae* etc.

Affinis est *B. uberiori* Anzi Neosymb. 55, quae praecipue differt sporis minoribus (longit. 0,009—0,011 millim., crassit. 0,0045—0,0055 millim.). Thallus K leviter flavescens, dein nonnihil ferruginee tinctus, medulla I violaceo-obscurata. In *L. uberiore* reactiones K magis intensivae.

---

1) Specimina partim ab aqua, accedente ammoniaco aëris, in herbario ochracee tincta.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03638-0077-2

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: Flora oder Allgemeine Botanische Zeitung

Jahr/Year: 1873

Band/Volume: 56

Autor(en)/Author(s): Nylander William

Artikel/Article: Observata lichenologica in Pyrenäeis orientalibus 64-75